

conabatur humiliate, et hoc ipsi egre ferentes
 se hostiliter domino suo opposuerunt. Acci-
 dit quodam tempore, ut iniret cum eis con-
 flictum, et fortuna vibi aridente et iusi-
 tia, omnes illos cepit. Quos tam^{quam} prius
 simul princeps noluit interficere nec exa-
 rdare, ut bene decuisset, sed eos humiliando
 compulit, ut loco iumentorum et equorum
 aratrum* in agro ad arandum sub arantibus
 flagellandum traherent, ita quod semper
 unam lineam ararent, et sic alternando
 et continuando unum integrum agrum
 iuxta morem rusticorum ararent pro-
 priis corporibus. Propter quod factum ille
 princeps ab in omni terra ab omnibus time-
 batur et maxime a nobilibus, qui quando-
 cunque audierant nominare langra-
 vium Thuringie, suspirabant, et gemitus
 eorum a multis audiebatur. Et in perpetuum
 huius rei memoriam princeps fecit scilicet
 agrum lapidibus magnis signari et circum-
 dari et privilegiavit hunc, quod, quicumque
 malefactor ibi conveniret, non deberet capi
 a quo cumque ibidem. Et quicumque hoc edi-
 tum infringeret, crimen lese maiestatis in-
 curreret. Et quia memoratum factum ubi-
 que volabat, nobiles extra Thuringiam et in
 Thuringia vibi maledixerunt et de tali insidita
 humiliazione verecundabantur et se vindicare
 affectabant et in mortem eius diversis modis
 machinati sunt. Quod ipsum principem non
 latuit, ideo frequenter in armis fuit. Et quos-
 cumque de talibus comprehendit, aliquos rursus

2/om. A 2a. 6

MOZUMON
 GAZETTES

(Lecti.)
 6/om. A 2a. 6; tū (tamen) aut tū (tam) in A 1 legi
 6/6 tam^{quam} in A 2a. 6; tamen tamquam
 tū (tam) ab tamen) tū; cum A 2a

Operatio A. aratrum

cop. 15

2/cop. A. 1; cap. 15 A 1a
 (recente manu cur. corp. 15)

ex hunc quicumque A 2a. 6

1/1. rei p. 2. A 2a. 6

infringet

2/1. rei p. 2. A 2a. 6